rum fucis, aut amplificationũ præſtigijs ſit attollenda. Mediocriũ eſt formarũ, deformiorũ comparatiõe, aut cultus lenocinijs cõmendari. Res per ſe uereq; præclaras, ſatis eſt uel nudas oculis oſtẽdiße. Iam primũ enim (ut ad rem feſtinemus) reliquæ artes, quoniã nulla nõ magnã aliquã uitæ cõmoditatẽ attulit, ſummo quidẽ in pretio fuere. Verũ medicinæ quondã tã admirabilis fuit, hũano generi inuenio, tã dulcis experientia, ut eius autores, aut planè ꝓ dijs habiti ſint, uelut Apollo, et huius filius Aeſculapius, quod ait Plinius, ſingula quoſdã inuenta deorũ numero addiderunt, aut certe diuĩs honoribus digni ſint exiſtimati, uelut Aeſclepiades, quem Illyrici numinis inſtar receptũ, Herculi in honoribus æquarunt. Non quidẽ ꝓbo quod fecit antiquitas, affectum ſanè ac iudiciũ laudo, quippe quæ recte & ſenſerit et declarauit, docto fidoq; medico nullũ ſatis dignũ præmiũ perſolui poſſe. Etenĩ ſiquis ſecũ reputet, q̃ multiplex in corꝑibus humanis diuerſitas, quanta ex ætatibus, ſexu, regionibus, cœlo educatiõe, ſtudijs, uſu uarietas, q̃ infinita in tot milibus herbarũ (ne quid interim dicã de cæteris remedijs) quæ alibi aliæ naſcuntur diſcrimina. Tum quot ſint morborũ genera, quæ trecenta nominatim fuiße ꝓdita ſcribit Plin. exceptis generum partibus, quarum oĩm q̃ nullus ſit numerus, facile ꝑpendet, qui tantum norit quot formas in ſe febris uocabulũ complectatur, ut ex uno cætera æſtimentur, exceptis his, qui quotidie noui accreſcunt, neq; ſecus accreſcunt, q̃ ſi de cõpoſito cum arte noſtra bellũ ſuſcepiße uideantur. Exceptis uenenorum plus mille periculis,